

AB

53133



(1. = ~~Dbl 2~~ an fe 1253 vgl. P. 10)

Die angegeb. Schriften z. P. 10

2
L 10

Gu



CATALOGUS

UNIVERSALIS PRO NVN-
DINIS FRANCOVRTENSIBVS
VERNALIBVS, DE ANNO
M. DC. X.

Hoc est:

DESIGNATIO OMNIUM LIBRO-
RVM, QVI HISCE NVNDINIS VERNA-
libus, vel noui, velemendatioribus, & au-
ctiores prodierunt.

Das ist:

Verzeichnuß aller Bücher/ so zu Franckfurt in
der Fastenmeß/ Anno 1610. entweder ganz new oder son-
sten verbessere/ oder auff's new widerumb auffgelegt/ in der Buch-
gassen verkaufft worden.



FRANCOVRTI,
Permissu Superiorum, Typis Sigismundi Latomi.

LIBRI THEOLOGICI, THEOLOGORVM PROTESTAN-
tium, Pontificiorum & Calvinianorum.



Heologiae Calvinistarum Liber Quartus Autore Conrado Schlus-
selburgio, SS. Theol. D. ac in Ecclesia & Gymnasio Stralesundensi
Superintendentis. Francof. apud Petrum Kopffium, in 4.

Promptuarii Exequialis pars prior & posterior Editio secunda
aucta & correcta. Autore Felice Bidembachio D. Francof. sumpti-
bus Ioannis Berneri in 8.

Loci Theologici certa methodo ac ratione in tres libros tributi & quarta cu-
ra recogniti & aucti à Matthia Hafenreffero Theol. D. & in Acad. Tubing. Pro-
fess. apud eundem in 8.

Amphitheatrum Mortis maturæ, sortis duræ, in quo seculari prodigo, & filio
Lucis provido de opportuna hominis Exodo armis logicis, Theologicis præ-
liantibus, Crisis Legatorum diuinorum subnectitur & Epiphonematibus clau-
ditur, concinnatum per Nicolaum Crogerum Buxtehudanum verbi sacratia-
pud Stadenfes Symmistam. apud eundem Bernerum in 8.

Schola Babylonica, hoc est, Ecclesiasticæ commentationes D. Polycarpi Ly-
seri in caput primum Prophetæ Danielis. Francofurti apud Ioannem Iacobum
Porcium in 4.

Eiusdem Polycarpi Lyseri in sequentia 5. capita expositio siue Colossus Baby-
lonicus, quatuor mundi Monarchias representans; Fornax Babylonica, syn-
ceræ religionis confessores probans; Cedrus Babylonica, potentes docens hu-
militatem, & detestans superbiam; Epulum Babylonicum, causas interitus re-
gnorum proponens, & aula Persica ostendens pietatem ab inuidia aulica premi,
sed non opprimi. Ibid. in 4.

Altera pars libri quarti Harmoniæ Euangelicæ inchoatæ à Theologo celeberrimo
Martino Chemnitio, & continuatæ à D. Polycarpo Lysero Theologo Saxonico.
ibid. in 4.

Henrici Kornmanni ex Kirchaina de Miraculis mortuorum opus novum in
partes decem distributum, ibid. in 8.

Loci Theologici Martini Chemnitii Theologi, studio & opera Polycarpi
Leyseri D. editi. quibus recens accesserunt Fundamenta sanæ doctrinæ de vera
& substantiali præsentia, exhibitione & sumptione corporis & sanguinis Christi
in cæna, Item libellus de duabus in Christo naturis eiusdem Autoris. Witeber-
gæ apud Clementem Bergerum & Zachariam Schurerium in fol.

Volumen disputationum Theologicarum in Acad. Marpurg. & Witeber-
gensi habitatum ab Ægidio Hunnio. Ibi apud Clementem Bergerum & Fran-
cofurti. apud Ioannem Iacobum Porcium in 8.

Davidis Rungii S. Theol. D. disputationes priuatæ, nunc coniunctim editæ.
Ibid. in 8.

Arti-

Artificium Disputandi præceptis Logicis & exemplis Theologicis dispositum, Autore M. Iacobo Reneccio Coloniae cis Suevum SS. Trinitatis & D. Petri Præposito. Ibid. in 8.

Systema problematum Theologorum de præcipuis horum temporum controversiis inter Lutheranos Orthodoxos ex vna, eorumq; Adversarios, Iesuitas Zinglio Calvinianos, ac Photinianos ex altera parte Disputationibus aliquot Witeb. habitis comprehensum. Autore Ioanne Forstero Theol. D. & Professore. Witeb. apud Zachariam Schurerium in 4.

Vindiciae Lutheri, id est, Orationes pro Luthero aduersus convitia & calumnias Iesuitarum Nicolai Serarii imprimis, Witebergæ habita à Ioanne Forstero D. Ibid. in 4.

Dieta religionis Christianæ præcipua, ex limpidissimis Israelis fontibus deducta & contexta opera & studio Martini Schultzii Calensis, Ibid. in 8.

Disputationes XXII. de Articulis Smalcaldicis autore Frid. Balduino Theol. D. & Profess. Witeb. nunc correctiores editæ. Ibid. in 8.

Explicatio posterioris Epistolæ D. Pauli ad Corinthios, autore Georgio Weinrichio D. Theol. & in Academ Lipsiensi. Profess. Lipsiæ apud Thomam Schurerium. in 4.

Perspiciua explicatio vtriusq; arboris Canonicae, tam eius quæ consanguinitatem, quam alterius quæ affinitatem spectat, autore M. Ioachimo Zehnero Pastore Schleusingensi. Ibid. in 8.

Compendium Locorum Theologorum ex Scriptura Sacra & libro Concordiæ collectum opera & studio Leonhardi Hutteri S. Theo. & Profess. Witeb. Witeberg. apud Sam. Seelfisch in 8.

Commentarius in formulam Concordiæ, librum symbolicum Ecclesiarum Augustanam Confessionem invariata amplectentium, disputationibus aliquot in Acad Ienensi propositus & discussus autore & præside Petro Piscatore S. Theol. D. & Profess. Ienæ apud Tob. Steinman. in 8.

Locorum Theologorum cum pro adstruenda veritate tum pro destruenda falsitate, neruose, solide ac copiose explicatorum Volumẽ primum, autore Ioanne Gerardo S. Theol. D. Ecclesiæ Helturgicæ Pastore. Ibid. in 4.

Tractatus de legitima Scripturæ Sacræ interpretatione conscriptus opera & studio Ioannis Gerardi Theol. D. Ibid. in 4.

D. Martini Lutheri Operationum Biblicarum singularis Exercitationis pars prima super quinque Mosi libros legales. Concinnata opera & studio M. Abelis Nezenii Brunsvicensis. Ienæ apud Christoph. Lippoldum in 4.

Explicationes minorum Prophetarum, autore M. Barthol. Heidericho Friberg Lipsiæ sumptibus Henningi Grossii sen. in 8.

Historia Passionis, Resurrectionis, Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, & Missionis Spiritus sancti, secundum quatuor Euangelistas & Acta Apostolorum

à D. Polycarpo Leysero Homiliis aliquot explicata Ibid. in 4.

Euangelia anniversaria dierum dominicorum & præcipuorum festorum, Germanice, Latine, Græce & Ebraice edita à M. Ioanne Claio Hertzbergense. Lipsiæ apud Henning Grossium Iun. & Barth. Voigt. in 8.

XXIII. Disputationes Theologicæ de omnibus fere Christianæ religionis Articulis in Academia Tubingensi ad discutiendum propositæ, auctore & præfide Ioanne Georgio Sigwarte S. Theol. D. & Profess. Lipsiæ apud Barth. Voigt. in 8.

In XXIII Disput. Theol. Ioannis Georgii Sigwarti D. consignatio testimoniorum Biblicorum edita per M. Vlricum Bollingerum, verbi diuini ministrum in Eccles. Schleitdorff. ibid. in 8.

Commentariorum in Apocalypsin D. Ioannis Euangelistæ & Apostoli Liber primus, scriptus & editus à Matthia Hoe Austriaco Doctore Th. Ibid. in 4.

Enchiridion de arte bene beateque moriendi conscriptum per Ioachimum à Beust in Planitz IC. ibid. in 12.

Tractatus duo anasceuastici, I. de Orali Corporis Christi in S. Cœna communicatione & ritibus Eucharisticis. II. de reali communicatione Idiomatum in doctrina de Persona Christi, oppositi Calvinianæ cuidam assertioni Iodoci Naum Sigenensis, autore M. Ioanne Schrôtero Eccles. Schvvinfortensis Pastore. Gießæ apud Chemlinum in 8.

Dilucidatio controversiarum Theologicarum de Pœnitentiâ & quæstionibus cognatis. Autore Henrico Eckardi Th. D. & Prof. Ibid. in 8.

Gemmæ Euangelicæ, id est sententiæ insigniores ex Euangeliis anniversariis collectæ, & in puerorum gratiam, Germanicè, Latine, Græce & Hebraice editæ. Magdeburgi apud Ambr. Kirchnerum in 8.

De Excommunicatione Ecclesiastica Tractatus Theologicus ex Scriptura Sacra, Patribus & historia Ecclesiastica concinnatus, autore Nicolao Laurentio Arctandro Superintendente Viburgensi in Dania. Gießæ apud Hampel. in 8.

Disputationum Theologicarum de præcipuis quibusdam horum temporum controversiis in Academia Gießena publice habitarum Tomus I. editus à Ioanne Winckelmanno & Balthasare Mentzero S. Th. DD. & Profess. Ibid. in 8.

Disputationes Theologicæ de controversiis horum temporum in collegio priuato propositæ à Ioanne Winckelmanno Th. D. Ibid. in 8.

Augustanæ Confessionis Articuli thesibus comprehensi. Autore Ioanne Winckelmanno D. Th. Ibid. in 8.

Controversiarum Theologicarum Theses variæ Loiolitis & Calvinianis præsertim oppositæ. Autore M. Ioanne Crugero Berlinensi, Ibid. in 4.

Tractatus de quadruplici methodo concionandi Christophori Schleupneri D. Theologi. Editio secunda Lipsiæ sumptibus Christophori Elligeri in 8.

Disputationes ex libro publico nostrarum Ecclesiarum, cui titulus, Graua-
mina



mina, opposita aduersus Synodi Tridentinæ restitutionem seu continuationem à Pio IV. Pontifice indictam, habitæ in Acad. Argentinenſi, Præsidi D. Ioanne Pappo Theologo. Argent. apud Ant. Bertramum in 4.

Oratorium B. Bernhardi Abbatis Clarevallensis Latino - Germanicum, ex scriptis eius collectum per Samuelem Cunonem Archidiac. Eccl. Hallensis. Hallæ Saxonum sumptibus Ioach. Krusicken, in 8.

Inquisitio Catholica, de Tractandis hæreticis opposita Inquisitioni Hispanicæ eiusq; crudelitatis autoribus & defensoribus scripta ad Magistratum Reip. Christianæ à M. Francisco Arnoldo Heilprunnense. Editio secunda. Tubingæ apud Cellium in 4.

Viti Mulleri Professoris Academicæ Tubingensis responsio vera & solida ad libellum cui titulus est, Testimonia, quod Lutherus, Melanthon vtpote noui Arriani diuinitatem Filii Dei Saluatoris nostri negauerint, per Ioannem Adamum Kober congesta. &c. Ibid. in 8.

Discursus Theologicus de regimine Ecclesiastico conscriptus à M. Balthasare Meisnero Dresdensi, ibid. in 4.

Dissertatio Theologica de viribus humanæ naturæ M. Friderici Fabri Stetiniensis Pomerani, ibid. in 8.

Gretserus Triumphatus, hoc est, Iesuitæ revapulantis defensio & Agonistici, quod illi Iacobus Gretserus in ultimo carnificinæ suæ agone constitutus, proximis nundinis opposuit, contusio, autore Georgio Zeæmanno Theologiæ D. & in Gymnas. Lauingano Professore. Augustæ Vind. apud Sebast. Mylium.

Missale Romanum ex decreto Concilii Tridentini restitutum Pii V. Pontificis Max. iussu editum & Clementis VIII. auctoritate recognitum. Antuerpiæ apud Ioannem Moretum, in fol.

De Gratia efficaci Decretis diuinis libertate arbitrij & præscientia Dei conditionata Dissertatio Apologetica Leonardi Lessii Societ. Iesu, S. Theolog. in Acad. Louan. Professoris, cum aliis eiusdem Autoris disputationibus duabus, Altera de prædestinatione & reprobatione Angelorum & hominum, Altera de prædestinatione Christi, ibid. in 4.

Sermones de diuersis Christianæ fidei mysteriis Francisci Luca, ibid. in 8.

Consultatio, Quæ fides & religio sit capessenda Auctore Leonardo Lessio Societ. Iesu. Editio secunda, ibid. in 8.

Diadema Monachorum Smaragdi Monasterii S. Michaelis in Saxoniâ ordinis D. Benedicti Abbatis, emendatum & notis adauctum opera Iacobi le Louchier Athenſis. Tornaci in officina Laurentiana, in 8.

Ioannis de Pineda Hispalensis è Societ. Iesu ad suos in Salomonem Commentarios, Salomon prauus, id est, de rebus Salomonis regis libri octo. Colonia sumptibus Anthonij Hierat, in f.

Panarion, hoc est, Arca medica variis diuinæ scripturæ priscorumq; Patrum Antidotis aduersus Animi morbos instructa, edita à Ioanne Buseo Soc. Iesu Theologo, apud eundem, in 4.

Bibliotheca veterum Patrum & Auctorum Ecclesiasticorum in Tomos octo & Auctuaria

duo distributa studio & opera Margarini de la Bigne Theologi Parisiensis. Editio tertia emenda-
data & locupletata. Apud eundem, in fol.

Nicolai Serarii Soci Iesu Theologi & in Acad. Mogunt. Professoris Commentariorum in
librum Iosue Tomus posterior. Apud eundem, in fol.

Vita Dn. nostri Iesu Christi ex verbis Euangeliorum in ipsismet concinnata per Bartholo-
maum Riccium S. Iesu Prostat Colonia apud Ant. Hierat, in 4.

Francisci Riberae presbyteri Soc. Iesu & S. Theolog. D. Commentarii in librum duodecim
prophetarum, Colonia apud Hermannum Mylium, in fol.

Methodus Practica aurei libelli Thomae Kempis de Imitatione Christi, ibid. in 16.

R. P. Francisci Suarez Granatensis è Socie. Iesu Doctoris Theologi Tomus II. de virtute &
statu religionis, ibid. in fol.

Thesaurus nouus vtriusq; Theologiae theoricæ & practicæ, ex scriptura sacra, Conciliis, Iu-
re Canonico, Doctoribus Ecclesie, alijsq; scriptoribus conscriptus opera & studio Iodoci Lorichii
Theologiae D. & in Acad. Friburg. Brisg. Professoris. Friburgi Brisgoia sumptibus Ioannis
Strasseri, in fol.

Officium horarum beatae Mariae virginis secundum vsu ordinis S. Benedicti de obseruan-
tia per Germaniam, cui accessit auctior formula quotidiani exercitii spiritualis, & precatio-
nes pie ac deuotæ opera R. P. Iacobi Abbatis montis S. Iacobi collecta. Moguntia apud Ioann.
Albinum, in 18.

Martini Becani Theologi Moguntini ad Fridericum Balduinum Theol. VVitebergensem
de communionem sub vtraq; specie Epistola, ibid. in 8.

Serenissimi Iacobi Angliae regis Apologia & monitoria praefationis ad Imperatorem reges
& principes refutatio. Autore Martino Becano Soc. Iesu Theologo, ibid. in 8.

Refutatio Torturae Torti, seu contra Sacellanum regis Angliae, quod causam sui Regis negli-
genter egerit. Auctore Martino Becano Theologo. Ibid. in 8.

Commentarius in Canonicam D. Iacobi Apostoli Epistolam. Autore D. Petro Steuartio
Leodio S. litterarum in Academia Ingolst. Professoris Ingolstadii apud Ioan. Hertzroy, in 4.

Quadripartitae Conciones Stanislai, Grodicii Societ. Iesu. Tomus tertius & quartus.
Ibidem in 8.

Enumeratio methodica & compendiosa selectissimorum & omni exceptione maiorum
scriptorum totius Occidentis Meridiei & Orientis Ecclesiarum opera & studio R. P. Mar-
quardi Leonis Ord. S. Francisci. ibid. in 8.

Alphonsi Auila Bellomontani è Soc. Iesu Concionum pars Hyemalis & aestiualis. Antwerp.
apud heredes Martini Nutii & Ioannem Hertfroy, in 4.

Examen ordinandorum, in quo quicquid ad clericorum institutionem pertinere videtur,
summa breuitate digestum est, autoribus Ioanne Fero & Ioanne Holthufio. Nouissime reco-
gnitum per Nicolaum Aurificum Carmel. ibid. apud Petrum Bellerum, in 16.

Sylua Comparationum & similium per Alphabetum locorum communium, Praedicatori-
bus vtilissima ex sanctis Patribus alijsq; Doctoribus collectum per Ioannem Goncalez ordinis
Eremitarum S. Augustini. Ibid. in 4.

Petri

Petri Ioannis Perpiniani Societ. Iesu presbyteri orationes duodeuiginti. Editio noua. Ant-
uerp. apud Hieron. Verduſum, in 8.

Bibl. orum Moralitates, Auctore Petro Berthorio Pictau. Benedictino in duos tomos dige-
ſta, ibid. in 4.

De Philotheia, in Canticum Canticorum libri X. quibus amor Chriſti & anima pia in vita
ſpirituali uſitatus explanatur per Sebaſt. Veronium Friburgenſem, Theol. D. Friburgi Hel-
uet. apud Stephanum Philot. in 4.

Epistoſa Cnaptica Petri Cnaphei Theo. Paſchita in Thoma VVegeſino Lutherano Pradi-
cante reſuſcitati, nunc primum Commentario illustrata, cum appendicibus ex hypomnema-
te VVegeſino Cnaptico, per Iac. Gretſerum Soc. Ieſu Theol. Auguſta vind. apud Georgium
VWillerum, in 4.

Lutherus Academicus, quem omnibus Academiis Catholicis, Lutheranis & Calvinianis
lubens merito dat, donat, dicat Iacobus Gretſerus S. Ieſu Theol. ibid. in 4.

Relatio de ſtudiis Ieſuitarum abſtruſioribus, nunc in gratiam Prædicantium Lutheranor-
um qui Auguſta Vindel. quintum Euangelium prædicant, ad Lydium ueritatis lapidem ad-
mota & probata, per Iacobum Gretſerum S. Ieſu Theol. ibid. in 8.

Ludouici Richeomi S. Ieſu Vaſedictio anima deuota, modos, quibus cum morte conſligere,
& rationes, quibus ad eam nos præparare debeamus, continens. Colonia ſumptibus Petri Hen-
ningi, in 12.

Figura Bibliorum Anthonii de Rampelogis Genuenſis Ord. Eremit. D. Auguſtini, Theol.
D. ibidem, in 12.

Examen Ordinandorum, Autoribus Ioanne Fero, Ioanne Holthuſio & Georgio VVicelio,
locupletatum & recognitum per Nicolaum Aurificum Senenſ. Carmel. ibid. in 12.

Virtutum uirtutumq; Exempla ex utriuſq; legis promptuario decerpta per D. Guilielmum
Peraldum Epif. Lugdunenſ. Editio vltima, ibid. in 16.

Didaci de la Vega Toletani Conciones & Exercitia pia ſuper Euangelia dominicalia &
Feſta totius Anni. Colonia apud Ioannem Crithium, in 8.

Ioannis Lorini Auenionenſis Soc. I. Theologi Commentarii in Catholicas tres B. Ioannis &
duas B. Petri Epistoſas, nunc primum in Germania editi. Ibid. in 4.

Luca Pinelli Soc. Ieſu Theologi Meditationes de quatuor hominis Nouiſſimis, quæ ſunt
Mors, Iudicium, Infernus, Paradifus. ibid. in 12.

Aphoriſmi Confessariorum è Doctorem ſententiis collecti, Auctore Emanuele Sa, Luſitano,
Soc. Ieſu Theol. ibid. in 12.

Bartholomæi Salutii Ord. Minorum de obſervantia ſchola diuini Amoris, ibid. in 12.

Elementa ad S. confeſſiones utilia, duodecim partibus comprehenſa. Autore Nicolao Mo-
ſcienſi Doct. Theol. Editio tertia. Colonia ſumptibus Burchardi Kuitkii in 12.

Petri Aurati Theol. D. ordinis Prædicatorum collegium ſapientia fundatum in vniuerſita-
te uirtutis, è Gallico in latinum conuerſum. ibi. in 12.

Magnum, germanum & exactiſſimum ſpeculum Exemplorum Sanctorum Patrum auto-
ritatibus illustratum, caſtigatum & auctum. Studio & opera Ioannis Maioris S. I. Theol. Ant-
uerpia apud Petrum Bellerum in 4.

Ioannis

Ioannis à Sancto Geminiano Theol. D. Sermones funebres toto anni cursu inferuientes, ibidem, in 8.

Vita & mores, Spiritus, Zelus & doctrina Servæ Dei Theresæ de Iesu, Ordinis B. Mariae de monte Carmeli ac congregationis Carmelitarum excalceatorum Fundatricis, per fratres Ioannem à S. Hieronymo & Ioannem à Iesu Maria compilata, ibid. in 4.

Summa Sacramentorum Ecclesie ex doctrina R. P. F. Francisci à Victoria ordinis Predicatorum, ibid. in 12.

D. Augustani meditationes, soliloquia & manuale, Item B. Anselmi, D. Bernhardi & Idiotæ meditationes, studio Henrici Somali S. I. Th edita & à mendis castigata, ibid. in 24.

Francisci Toleti S. I. Summa Casuum conscientie, siue Instructio Sacerdotum in libros VIII. distincta. Colonia si mptibus Ioannis Gymnici & Lamberti Rasfeldt. in 8.

Guilielmi Pepini Theol. Parisiensis, Ordinis Predicatorum pars altera, continens conciones de Aduentu Domini, Item in VII. Psalmos pœnitentiales. Colonia apud Ioannem Gymn. in 4.

Sacrum Martyrologium Romanum ad nouam Calendarii rationem & Ecclesiastica historia veritate restitutum. Auctore Casare Baronio Sorano, ibid. in 4.

Lingua Hebraica Institutiones absolutissimæ auctore Ioanne Quinquarporeo Hebraicarum literarum in Acad. Parisiensi Professore regio, cum annotationibus Petri Vignalii, Lutetia apud Guilielmum Lebe. in 4.

Scrutinium Sacerdotale in duas partes diuisum auctore Fabio Incarnato Neopol. S. Theol. D. Colonia apud G. Greuenbruch in 8.

Emanuelis Saè S. I. Notationes in totam scripturam sacram, Nunc demum correctæ & auctæ secundum Biblia vulgatæ editionis. Colonia apud Kinckium in 4.

R Roberti Bellarmini Card. responsio ad librum inscriptum Triplici modo, triplex cuneus, siue Apologia pro Iuramento fidelitatis, ad Georgium Blackyellum Angliæ Archipresbyterum ibid. in 8.

Eiusdem Bellarmini Apologia pro responsione sua ad librum Iacobi Magnæ Britanniæ Regis cuius titulus Triplici nodo, &c. In qua refellitur Prefatio monitoria regis eiusdem, ibid. in 8.

Andrea Eudæmon- Ioannis Cydonii è S. I. ad actionem proditoriam Edoardi Coqui Apologia pro Henrico Garneto Anglo, ibid. in 12.

Libellus Sodalitatis, hoc est, Christianarum Institutionum libri quinque, Auctore Francisco Costero D. Theol. Soc. I. ibid. in 12.

Summa virtutum, ac vitiorum auctore Guilielmo Peraldo Lugdunensi, ibid. in 8.

Guilielmi II. Comitæ Hollandiæ regis Romanorum Agalma religiosorum siue meditationes circa mysteria Passionis Christi, ibid. in 12.

Francisci Ariæ è Soc. Iesu de Imitatione B. Mariæ. Ibid. in 12.

Eiusdem de Imitatione Christi libri, ex Hispanico latine facti. Ibid. in 8.

Lapis Lydius seu deliciarum spiritualium hortulus anima ad perfectionem contendentis. Auctore Ioanne Dauid S. I. Belgice editus, nunc latio sermone donatus à F. Theodoro Petreio, ibid. in 12.

Epitome de vnitæte & successione Catholice Ecclesie ex oratione Christi desumpta per Henricum Lychium Monasteriensem, Colonia apud Petrum à Brachel. in 8.

Didac;

Didaci de la Vega Toletani Conciones Vespertinae Quadragesimales super septem Psalmos
pœnitentiales. Colonia sumptibus Conradi Butgeni. in 8.

Magnum speculum Exemplorum Anonymi cuiusdam, illustratum & locupletatum à Io-
anne Maiore S. I. Theologo. Editio quarta, ibid in 8.

Friderici Bartscii Braunsbergensis è S. I. Th. concionum controuersarum, siue demonstra-
tionum Cathol. contra quasuis hereses ex ordin. Dominicarum Fistorumq; Euangelis petita-
rum Tomus primus & secundus. Colonia apud Boetzerum & Mertzemich, in 8.

Eiusdem breuis ac solida responsio. Non esse, quod quenquam pœniteat à Zinglianorum
cœtu ad Catholicam Ecclesiam redisse, ad Andrea Volani Orationem. apud eosdem in 8.

Francisci Toleti è S. I. Commentarii in SS. Iesu Christi D. N. Euangelium secundum Lu-
cam, apud eosdem in 4.

Didaci Murillo S. Theol. Lectoris Ordinis Fratrum minorum S. Francisci conciones Qua-
dragesimales. Opus ex Hispanico Idiomate in latinum translatum. Colonia apud Boetzerum
in 8.

Speculum morale & practicum, in quo medulla omnium casuum conscientia continetur.
Pars prima, ibid. in 8.

Flores precum D. Brigitta ex eiusdem reuelationum libris excerpti à Ioanne Vastovio
Gottbo Capellano & bibliothecario regio, ibid in 12.

Orbis terror seu concionum de finibus bonorum & malorum libri duo, autore Philippo
Boskiero Hannonio Ord. Minorum de obseruantia, ibid. in 12.

Goffridi Abbatis Vindocinensis S. Prisca Cardinalis Epistola, Opuscula, Sermones, Iaco-
bus Sirmondus S. I. in lucem eruit & notis Epistolas illustravit. Parisiis apud Sebast. Cramoi-
si in 8.

Petri Damiani Monachi ordinis S. Benedicti Episcopi Ostiensis, Epistolarum libri octo, Ar-
gumentis & notis illustrati, Opera Constantini Caetani Syracusani Monachi, ibid. in 4.

Dictionarium concionatorum pauperum Autoris incogniti, à Rodolpho à Tosignano
Franciscano è tenebris erutum & in lucem editum Colonia apud Arnol. Quentelium in 8.

In Euangelium secundum Mattheum pie & erudite enarrationes, per fratrem Ioannem
Feram Summa Moguntia adis concionatorem. Lugduni apud Ioannem à Sancto Paulo in 8.

Diui Brunonis Carthusianorum Patriarcha ac Theologi Parisiensis opera omnia studio
& labore Theodori Petrei Campensis, Carthusia Colonienfis alumni edita. Colonia sumptibus
Bernardi Gualtheri.

Ioannis Bonifacii S. I. Th de diue virginis Mariae vita & miraculis libri V. Ibid. in 8.

Fasciculus pœnitentie, paraphrasticam Psalmorum pœnitentialium interpretationem
complectens Autore Guilielmo Lindano Episcopo Gandens. ibid. in 8.

Tractatus breuis de desperata Caluini causa in gratiam Euangelicorū Protestantium ad-
ornatus Autore M. Petro Cudsemio Cluouvesaliensi. Editio nova correctior, ibid. in 12.

Domitii Plati Soc. I. Theologi Commentarius eximius de domini nostri Iesu Christi Passio-
ne. Ibid. in 8.

Facilis & simplex ad meditandum introductio tribus libris comprehensa, collecta studio &
opera

B

opera

Opera Renati Hensei. Prioris Carthusie S. Trinitatis prope Brunam in Marauia, ibid. in 12.

Ioannis de Pineda Hispalensis è S. I. ad suos in Salomonem commentarios, Salomon prauus, id est, de rebus Salomonis regis libri octo. Lugduni apud Horatium Cardon, in fol.

Compendium summae seu Manualis doct. Navarri in ordinem Alphabeti redactum, Autore Ste. de Auila Abulensi S. I. Th. Ibid in 16.

Theaurus Quadragesimalis, plurimis diuinorum Eloquiorum ac Sanctorum Patrum sententiis plenus, Jacobi Suarez à Sancta Maria Lusitano D. Theologo, ibid. in 8.

Noua collectio & compilatio Priuilegiorum Apostolicorum regularium mendicantium & non mendicantium, edita à F. Emanuele Roderico Lusitano, ibid. in fol.

Officium Beatæ Mariæ virginis. Leodii apud Henricum Hoyium in 12.

A Ndr. Dudithii de Horehouiza Episcopi quondam Quinque-Ecclesiensis Orat. & Consil. Cæsarei Orationes in Concilio Trident habitæ. Eiusdem Apologia ad D. Maxim. II. Imp. & Commentarius pro coniugii libertate, cum appendice Epistolarum, Orationum ac scriptorum aliquot de communione sub vtraque specie, connubio sacerdotum, &c. Nunc edita studio & opera D. Quirini Reutteri in Acad. Heidelb. Professoris. Prostat Francof. apud Petrum Kopffium.

Plaga regia, hoc est, commentarius breuis & perspicuus in Apocalypsin Ioannis, autore Conrado Grafero Franco. Figuri apud VVolphium in 4.

Archetypi Homiliarum in totum Nouum Testamentum Rodolphi Gualteri Tig. ex eius autographo collecti & notis aucti à Rodolpho Simlero D. M. ibid. in 8.

Petri Martyris Vermilii Florentini commentarii in librum Iudicum. Heidelbergæ impensis Andreæ Cambieri. in fol.

Ethica Christiana ex sacris literis collecta à Georgio Pasore. Herbornæ Nassou. in 12.

Responsio Iohannis Piscatoris in Illustri Schola Herbornensi Professoris ad dissertationem Petri Piscatoris D. & Professoris in Salana, cui titulum fecit, Problemata Sacra. ibid. in 8.

Vindicatio aliquot Disputationum nonnullis schediasmatibus M. Caspari Finckii in Schola Giessensi Profess. oppositarum, per M. Henricum Gutberleth in Schola Herborn. Philosophiæ Professore. ibid. in 8.

Prodromus Concordiæ Euangelicæ de certitudine salutis in Deo fundatæ, ad pacis Ecclesiasticæ aduersarios, qui à Luthero & genuinis Lutheranis secessione facta, solidum prædestinationis sanctorum fundamentum cauillis conuellere, & calumniis labefactare conantur. Auctore M. Iohanne Lampadio Brementsi, Marpurgi apud Egenolphum in 4.

Analysis Logica Epistolæ D. Pauli ad Romanos, perpetuis tabulis adornata à I. Philippo Paræo Dauid. Fil. Prostat Francof. apud Ionam Rhodium in 4.

Examen



12.
n pra.
Autore
atrum
um &
esien-
Eius-
rtate,
unio-
era D.
trum
n Io-
ualte-
D. M.
Hei-
Naf-
ris ad
Pro-
spari
tber-
data,
ccssi-
uel-
Bre-
nata
4.
men

Examen quadripartitum Apostasiae, hoc est, 1. Epistolae ad I. Rasfeldium
2. Apologiae ad senatum Vesaliensem. 3. Epistolae ad Io. Brantium. 4. Tracta-
tus de desperata Caluini causa, M. Petri olim Samuelis Cudsemi Pseudovesa-
liensis, nunc Sacellani Colonienfis. Authore Bernardo Brantio Cliuo- VVesa-
liensi ibid in 8.

Iacobi Acontii Tridentini Philosophi, IC. & Theologi, Stratagematum Sa-
tanæ Libri octo ad Elisabetham Angliæ reginam. Basileæ apud Conradum
VValckirch. in 8.

Responsio Ioannis Polyandri ad interpolata Anastasii Cocheletii Monachi
Carmelitæ Sophismata, sub hoc titulo euulgata, Caluini infernus aduersus Io-
annem Polyandrum ministrum Caluinistam. Ambstelrodami apud Henricum
Laurentii. in 8.

Velitatio Epistolica Iohannis ministri in Ecclesia Veteraquinensi, cum An-
drea Peuernagio, qui se dicit sacerdotem Societ. Iesu Gandavi. ibid. in 8.

Abrahami Sculteti Grunbergensis Silesii Idea concionum dominicalium,
confecta opera & studio Balthasaris Tileii Sagani Silesii. Prostat Francof. apud
Claudium Marnium in 8.

Scholastica & methodica locorum communium S. Theologiæ institutio di-
dactice & elenctice in Epitome explicata. Auctore Luca Frelcatio, L. F. Acces-
sit index errorum Ecclesiæ Romanæ vna cum antidoto ex quatuor tomis disp.
Bellarmini, Conrado Vorstio autore. Hanouix apud Guiliehmum Antonium
in 12.

Antibellarminus Contractus, hoc est, Compendiosum Examen omnium fi-
dei controuersiarum, quæ hoc tempore inter Euangelicos & Pontificios agitan-
tur. Autore Conrado Vorstio S. Theol. D. & Professore in illustri Schola Stein-
furtensi, ibid. in 4.

Prophetia Esaia cum Catholica expositione Ecclesiastica, quam Augustinus
Marloratus ex Theologis omnium huius seculi præstantiss. excerptis, suumque
in eam symbolum contulit. Geneuæ apud Esaïam le Preux, in fol.

Enarrationis Psalmorum Dauidis, ex prælectionibus D. Henrici Molleri
Hamburgensis in Academia Witteb. excerptæ Nouissima editio, Geneuæ apud
Petrum & Iacobum Chouet, in fol.

Roberti Rolloci Scoti Ecclesiæ Edimburgensis ministri, commentarius in
selectos aliquot Psalmos Dauidis. Geneuæ apud Iacobum Stoer in 12.

Eiusdem Analysis Logica in Epistolam ad Hebræos vna cum tractatu breui
& utili de Iustificatione, ibid. in 12.

D. Aurelii Augustini Hipponensis de ciuitate Dei libri XXII. ibid. in 8.

Sibrandi Lubberti de Papa Romano replicatio ad defensionem tertiæ con-
troversia Roberti Bellarmini scriptam à Jacobo Gretsero. Arnheimi Gelrorum
apud Ioan. Jansonium in 8.

Tractatus Theologicus de Deo, siue de Natura & Attributis Dei, Auctore
Conrado Vorstio Theol. D. & in illustri schola Steinfurtenfi Professore. Stein-
furti apud Theoph. Cæsarem. in 4.

Disputationes XXII. de causis admodum iustis ac necessariis hactenus ab
Euangelicis deserti, & porro à piis omnibus deferendi Romani Papatus, aucto-
re Conrado Vorstio Theol. D. ibid. in 4.

Tuba Academica, qua Patrum antiquorum defensionem Auctor libere, au-
dacterque suscepit, & ad modestam in causa fidei concertationem Pontificios
peramanter inuitauit, Editio secunda. Ambergæ apud Ioannem Schönfeldium
in 12.

Iesuitici Templi stupenda 1. de idololatrica inuocatione & salutatione An-
gelica. 2. De Patrociniis Sanctorum. 3. De Sanctorum reliquiis, congesta à Ioa-
chimo Vrsino Antiesuita. ibid. in 8.

Philosophiæ vel potius Sophisticæ Eucharisticæ Roberti Bellarmini ad pios
& sapientes, pars tertia, de permanentia corporis & sanguinis Christi, refutata per
Ioannem Angelum Politianum. ibid.

Petri Bertii Oratio in obitum D. Jacobi Arminii S. Theol. D. & Professoris
in Academia Lugdunobataua. Lugd. Bat. in 4.

Libri vtriusq; Iuris.

Decisiones nouæ Tholosanæ siue notabiles & singulares quæstiones Iuris
scripti decisæ aut præiudicatæ per arrepta memorabilia Parlamenti Tholo-
sani, Autore Gerardo de Maynard IC. Nunc è Gallico in sermonem Latinum
translatæ & additionibus atq; Corollariis auctæ ab Hieron. Brückner Lipsien-
se, Reipub. Erphurd. Syndico. Francof. apud Petrum Kopffium, in fol.

Matthiæ Stephani IC. Antecessoris Acad. Gryphisvaldenfis & Consiliarii
Duc. Pom. Dialectica Iuris exactissima & absolutissima, ibid. in 8.

D. Andreæ Fachinæi IC. Foroliuensis Consiliorum Liber I. Francof. apud
Nicolaum Rothium. in fol.

Ioan. Baptistæ Magonii IC. Papiensis Cynosura Aduocatorum ac patrono-
rum, seu de recta iudicialiter patrocinandis ratione Tractatus aureus. ibid. in 8.

Alexandri Trentacinq; IC. & Patricii Aquilani practicarum resolutionum
libri tres. Francofurti sumtibus Rulandiorum, in fol.

Consilia Alexandri cum annotationibus Molinæi, & aliorum, Item Scholiis
Rouiscallæ. ibid. in fol.

Eadem Scholia Rouiscallæ ad Consilia Alexandri separatim. ibid. in fol.

Eadem Consilia Alexandri cum annotationibus diuersorum Auctorum. Ar-
gentinæ apud Lazarum Zetznerum in fol.

Gaspari Schifordegheri Silesii ad Antonium Fabrum IC. Sebusianum Li-
ber I. & II. ibid. in fol.

Valentini Forsteri IC. clariss. de Iurisdictione Romana libri duo. Helmstä-
dii apud Melchiorem Böhmen. in 8. Eiusdem

Eiusdem de historia Iuris Romani libri tres. ibid. in 8.

D. Alphonfi Villagut, I. V. D. de rebus Ecclesiæ non rite alienatis recuperandis, atque in integrum restituendis, Nec non de bonis immobilibus cuiusque Vniuersitatis ac Collegii secularis, & de pœnis iniustis alienatoribus infligendis lib. III. Coloniae apud Contr. Butgenium in 8.

D. Petri Antonii de Petra Placentini I C. Tractatus de iure quaesito non tollendo per principem, in quo de potestate principis & inferiorum ab eo discutitur. Francofurti apud Vincentium Steinmeierum, in 4.

Controuersiarum Iuris feudalis liber secundus, Auctore Ioanne Rudingero V. I. D. Argentinae impensis Lazari Zetzneri. in 8.

Praxis Beneficiorum D. Petri Rebuffi Montispeffulani I C. apud eundem, in 4.

Donellus enucleatus, siue Commentarii Hugonis Donelli de Iure Ciuili in compendium redacti, Auctore Osualdo Hilligero Fribergense I. V. D. Ienae sumptibus Christoph. Lippoldi.

Synopsis Iuris Iustiniani libris 4. Institutionum Imperialium comprehensi in 36. disputationes discrepantiam iuris Romani & Saxonici continentes, redacta, auctore Ortolpho Fomanno I. V. D. & in Acad. Ienensi Professore. Editio tertia. ibid. in 4.

Ludolphi Schraderi Brunsvicensis I C. Consiliorum siue Responsorum iuris volumen secundum studio & opera Ioannis Brandis I C. in lucem editum. Lipsiae sumptibus Henningi Grossii S. in fol.

Friderici Pruckmanni V. I. D. & Procancellarii Brandeb. Consiliorum siue Responsorum Iuris, Volumen secundum. ibid. in fol.

Matthiae Coleri I C. Decisionum Germanicarum pars posterior, opera Friderici Pensoldi I. V. D. edita. ibid.

Tractatus methodici & accuratissimi de differentiis fere omnibus, quæ tam ratione iudiciorum & contractuum, quam vltimarum voluntatum & maleficorum, Ius Romanum inter vtrumque sexum, masculorum & foemellarum, introduxit & constituit. Autore Friderico Pruckmanno I. V. D. ibid. in 8.

Hugonis Donelli I Cti Commentariorum de Iure Ciuili libri vigintiocto. Hannouiae apud heredes Ioannis Aubrii, in fol.

Tractatus de Praescriptionibus Ioannis Francisci Balbi Taurinensis. Eiusdem repetitio L. Celsus ff. de vsucap. Coloniae apud Ant. Hierat. in 8.

D. Iustiniani Institutionum Iuris Ciuilis libri quatuor, practicis quaestionibus & enarrationibus insertis, nunc Cõmentariis absoluti, Auct. Adri. Gylmanno I C. Practico Germano. Francof. apud I. Theobald. Schönvetterum, in 4.

Disputationes II. Theoricopracticæ, prior de S. Cæs. Maiestatis, Camerae, Statuum Imperii, & aliorum Magistratum Iurisdictione, Autore Thoma Michaelis Susatensi: Posterior de contributionibus hodie vt plurimum in Ger-

mania vfitatis, Autore Casparo Klocke Sufatensi. ibid. in 4.

Consilium de Iurisdictione & regalibus clariss. cuiusdam Germaniæ I Cti. E-
ditio secunda. Giessæ apud Chemlinum in 8.

Disputatio Iuris Antivulceiana quarta in Acade. Giessena, præside Gotho-
fredo Antonio IC. habita. ibid. apud Hampelium, in 4.

Ioannis Steinmetzii Secundi Hermunduri Poetæ Laureati Cæsarei Oratio
de nobilissima Iurisprudencia, habita in incluta Giessena ibid. in 4.

Ioannis Harpprechti V. I. D. & in Academia Tubingensi professoris, de suc-
cessionibus ab intestato Commentarius, Tubingæ apud Cellium in 8.

Eiusdem Commentarius in titulum Institutionum Iuris Imp. Iustiniani, de
rerum diuisione & acquirendo ipsarum dominio, secunda vice editus, auctus
& correctus. ibid. in 8.

Ludouici de Casanate IC. Consilia siue Responso, nunc primum in Germania
excusa, Francofurti sumptibus hæredum Nicolai Bassæi in fol.

Alphonsi de Azeuedo I Cti Hispani Consilia siue Responso nunc primum in
Germania edita, apud eosdem in fol.

Georgii de Cabedo I Cti Hispani Practicarum obseruationum, siue Decisio-
num supremi senatus regni Lusitaniæ, pars prima. ibid. in fol.

Synopsis Locorum Legalium Nicolai Euerhardi à Middelburgo. ibi. in 12.

Thesaurus dictionum & Sententiarum ex Bartoli à Saxoferrato Operibus
omnibus, summo studio per locos communes collectus. Autore P. Cornelio
Brederodio IC. Francof. apud Ionam Rhodium, in fol.

Practica Criminalis Canonica D. Ignatii Lopez de Salcedo I Cti, Academ.
Complutensis Professoris. Prostat Francof. apud Iacobum Fischerum in 4.

Casparis Antonii Thesauri in Sacro Pedemont. Senatu Senatoris Tracta-
tus nouus & vtilis de augmento ac variatione monetarum. apud eundem in 4.

Iacobi Concenatii IC clariss. quæstionum iuris singularium libri IV. nunc
primum in Germania editi à Joachimo Cluten Megapolitano. Francofurti, im-
pensis Petri Musculi & Ruperti Pistorii in 8.

Repertorii sententiarum, regularum, conclusionum & axiomatum Iuris, à
Sebastiano Hornmoldo I. V. D. & consiliario Wirtenbergico collecti & adorna-
ti Tomus tertius. Spiræ sumptibus Simonis Guntheri & Helix Kembach. in 8.

Francisci Connani Parisiensis I Cti. Commentariorum Iuris ciuilis libri de-
cem argumentis à Francisco Hotomanno exornati. Prostant Francofurti apud
Egenolphum Emmelium in 4.

Martini Vranii Cognomento Prenninger I. V. D. Lecturæ siue Elucubra-
tiones in aliquot insigniores decretalium titulos. Opus posthumum à Friderico
Prenningero I. V. D. & Reipublicæ Rotenburgo Tuberanæ Advocato in lucem
emissum, ibid. in fol.

D. Lancellotti Politi Senensis Tractatus de Substitutionibus. Ambergæ apud
Mich. Forsterum in 8.

Prosperi



Prosperi Farinacii I Cti Romani Praxis & Theoricæ Criminalis Pars Quarta.
Lugduni apud Horatium Cardon. in fol.

Lecturæ Bituricenses Joannis Mercerii I. V. D. in titulos tres priores libri XX.
Digestorum de Pignoribus & hypothecis &c. Summariis & indice auctæ opera
& studio Christiani Grauii Allendorphensis ad Salinas Hassiacas. Cassellis apud
Wilhelmum Wesselum in 8.

Imp. Cæs. Justiniani Institutionum libri quatuor, nova interpretatio & me-
thodus Theodori Marcilii IC. & Professoris Eloquentiæ Regii. Parisiis apud
Claudium Morellum in 8.

Theophili Paraphrasis Græca in Juris Ciuilis Institutiones, cum latina Jaco-
bi Curtii interpretatione. Genevæ apud Jacobum Stoer in 16.

Volumen disputationum selectiorum inauguralium ex difficillimis & vtilif-
simis Jurium materiis de sumptarum, & in Acad. Basiliensi à I. V. Candidatis pu-
blice propositarum. Basileæ apud Ioan. Iacobum Genathium in 4.

Julii Pacii à Beriga IC. Legum conciliatarum Centuriæ VII. Editio postre-
ma ab autore recognita & aucta. Accessit Joannis Mercerii IC. conciliator, siue
Ars conciliandi ea, quæ in Jure contraria videntur. Hanouix apud Guilhelm.
Antonium in 12.

Fr. Raguelli Magduni Biturigum Præsidis & in Acad. Bituricensi I. V. D. cõ-
mentarius ad constitutiones & decisiones Justiniani, quæ XII. libris Codicis con-
tinentur. Parisiis apud Josephum Cottereau, in 4.

Dilucidum ac perutile Glossema seu Commentatio ad regulam octavam Cæ-
cellariæ de Reseruatione mensium, & Alternatiua Episcoporum elaborata per
Hieronymum Gonzalez, ICtum Hispanum, Omnem prorsus reseruatoriam
materiam, ac totius rei beneficiariæ florem amplectens. Prostat in officina Sa-
muelis Crispini in fol.

Jacobi Cuiacii commentarii in Juris Justinianæi libros Elementares, Institut.
lib. IV. Tit. de verb. sign. Tit. de Regulis Juris ant. Ulpiani fragmenta & Pauli
Sententiarum lib. V. apud eundem in 4.

Claudii Coteræi de Jure & priuilegiis militum libri tres, & de officio Impera-
toris liber singularis, recensente Joachimo Cluten. Argent. apud Joan. Car. in 8.

Marci Lyclama à Nyeholt ICti, de ineunda rei debitæ æstimatione Liber cõ-
mentarius, ad l. vinum 22. ff. de rebus cred. si cert. pet. Amstelrodami apud Hen-
ricum Laurentium in 8.

Sententiarum Definitiuarum Saxonicarum de Judicialibus, à celeberrimis
Saxonix dicasteriis Lipsensi, Witeb. & Jenensi pronunciatarum Centuriæ XIII.
Item q; de criminalibus centuriæ X. à Georgio Beato IC. editæ. Lipsiæ apud Ja-
cob. Appelium in 4.

Pauli Busii IC. commentarii in Pandectas D. Justiniani cum differentiis Ju-
ris Canonici & consuetudinum Germaniæ, Galliæ & Belgicæ. Editio aucta.
Arnhemii apud I. Iansonium in 4. Elberti

Liber secundus de Canone Canonis à filio Sina studio, sumptibus ac typis Arabicis, Petri Kirstenii Phil. & Med. D. Vratisl. qua potuit fieri fide ex Asiatico & Africano Exemplari MSS. Cas Arabice per partes editus, & ad verbum in latinum translatus, notisque textum concernentibus illustratus Prostat Francofurti apud Nicolaum Rothium, in fol.

Petri Foresti Alcmariani Observationum & Curationum Chirurgicarum Libri quinque de Tumoribus præter naturam, cum Scholiis. Lugd Bat apud Raphalengium in 8.

Hieronymus Nunius Ramirez, Med. Olisp. de ratione curandi per sanguinis missionem. Prostat Antwerp. apud Petrum Bellerum in 4.

Institutiones Anatomica, Corporis virilis & muliebris historiam exhibentes, Casparo Bauhino D Anatom. Botanic. Acad. Basiliensis Professore, hac quarta editione aucta. Basilea apud Conradum Foillet in 8.

Hortulus Medicus, Hippocraticus, Spagyricus, Hermeticus, Poeticus adornatus studio & opera Christophori Hornii M. Cassellis, apud VVesselium in 4.

De Iure & priuilegiis Medicorum disputatio in Acad. Basiliensi proposita à M. VVolffgango Sattler. Basilea apud Genathium, in 4.

De Febribus libri tres Autore Duncano Liddelio Scoto, Hamb. apud Frobenium in 8.

Gotfridi Smolii Trias maritima proponens ortum & interitum triū agrotantium sororum morbosarum domesticarum, Hypochondriaca Splenetica, Mesaraica, Phantastica. ibid in 12.

Gotfridi Smolii Manuale rerum admirabilium & abstrusarum continens veneranda Antiquitatis Philosophica & medica principia ibid. in 12.

Ioannis Hacheri Bellouaci Medici & Monspel. cancellarii de Sterilitate vtriusq; sexus lib. IV. Annexus est liber de Diata & Therapeia puerorum Colon. Allobrogum apud Samuelem Crispinum in 8.

Martini Rulandi Medici Casarei de morbo Vngarico recte cognoscendo & feliciter curando Tractatus recognitus & auctus. Lipsia apud Iacob. Appelium in 8.

De morbis oculis & venenatis libri quinque Autore Eustachio Rudio Vtinenfi, in Patavino Gymnasio Practico, prima sedis ordinario. Venetiis apud Societatem in fol.

Bernardini Caii de Alimentis, quæ cuiq; natura conueniant liber, in quo etiã de voluptatis natura, de saporibus, de frigida potione, viribus Salnitri, auro potabili & octimensi partu disputatur ibid. 4.

Commentarius in septimum Galeni librum methodi medendi, questionibus physicis & medicis refertus, & de morbo Gallico per methodum curando. Autore Fabio Pacio Medico Vicetino. ibid. in fol.

Compendium Medicina, In quo medicina theoretica breuissima summa & exacta methodo continetur, Auctore Iacobo Lauellio. ibid. in 8.

Iacobi Antonij Phrygii Ticinensis medici explanatio in Hippocratis prognostica, ibi. in 8.

Enchiridion Remediorum facile parabilem olim per Q. Apollinarem Medicum vernacula lingua conscriptum, nunc è Germanico in latinum sermonem versum opera Rodolphi Goclenij M. D. & in Acad. Marp. Profess. Francof. apud Gulielmum Hoffman. in 8.

Libri Philosophici & aliarum artium.

DE Vniuersitate & originibus rerum conditarum contemplatio singularis

C

laris

laris Theologica & Philosophica, iuxta historiam Hexaemeri Mosaici instituta & philosophica & in septem libros distributa Studio Andreae Libavii Med. D. P. Cæs. Francof. apud Petrum Kopffium, in 4.

Exercitatio de Stellarum natura, affectionibus & Effectibus Caspari Bartholini Malmogii Dani. Editio tertia emendatior & auctior Witeberg. apud Zachariam Schurerium, in 12.

Themata Decem M. Ioannis Donneri contra Systema logicum Keckermani generaliter directa, ibid. in 4.

Iacobi Martini Halberst. de communicatione proprii liber vnus contra Bartholom. Keckerm. Ibid. in 8.

Eiusdem de Loco libri duo contra quosdam neotericos. ibid. in 8.

Collegium Acroamaticum seu disputationes physiologicae M. Henrici Velftenii philosophiae in Acad. Witeber. Professoris. apud eundem & Clementem Bergerum, in 4.

Eiusdem Viridarium Ethicum siue Collegium morale, summam doctrinae Ethicae breui & perspicua methodo repetitam & quaestionibus variis explicatam continens. ibid. apud Clementem Bergerum, in 4.

M. Ioachimi Zehneri Nomenclator Latino-Germanicus & probatissimis autoribus collectus. Lipsiae apud Thom. Schurerium. in 8.

Lucae Lossii Luneburgensis Arithmetices Erotemata puerilia. Francof. apud Vinc. Steinmeierum, in 8.

Aristotelis de virtutibus Libellus Graece & Latinae cum Isagoge Ethica & Introductione in disciplinam moralem practicam. Autore Francisco Tidicæo Dantisc. Phil. & Med. D. Lipsiae, Impensis Henningi Grossii, in 8.

Annotationes in libros duos Elementorum Rhetorices Phil. Melanthonis conscriptae à M. Henrico Decimatore. Ibid. in 8.

Phrasae elegantiores ex M. Tullii Ciceronis Epistolis collectae à Georgio Fabricio Chemnicense, cum eiusdem libello de proprietate & differentiis Sermone Latini. Opera & studio M. Iacobi Fabricii auctoris Filii. ibid. in 8.

Grammatica Germanicae linguae collecta opera & studio M. Ioannis Clajii Hertzberg. Editio quinta. ibid. in 12.

Gymnasium Ethicum in Academia Lipsensium ad disputandum propositum. Autore & praeside M. Christiano Quetziio Elstra. Lulato. ibid. Sumptibus Henningi Grossii Iunioris in 4.

Alexandri ab Alexandro genialium dierum libri sex. Hanouiae apud heredes Ioannis Aubrii in 8.

Nonni Panopolitae Dionysiaca; Petri Cunæi Animaduersionum liber; Danielis Heinsii dissertatio de Nonni Dionysiaca; & Iosephi Scaligeri Coniectanea, ibid. in 8.

M. Tullii Ciceronis Epistolarum ad familiares libri XVI. Lipsiae apud Barthol. Voigt. in 8.

Mithri-

Mithridates Gesneri, exprimens differentias Linguarum tum veterum, tum
quæ hodie per totum terrarum orbem in vfu sunt, Gaspar Waserus recensuit &
Commentario illustravit Tiguri apud Wolphium in 8.

Nicolai Machiauelli Ciuis & Secretarii Florentini de arte militari libri VII.
in latinum Sermonem traducti. Argentinæ sumptibus Lazari Zetzæri in 8.

Commentaria in Syntaxes artis mirabilis in quatuor tomos digesta, Autore
Petro Gregorio Tholosano. ibid. in 8.

Clavis Artis Lullianæ & veræ Logices duos in libellos tributa opera & stu-
dio Ioannis Henrici Alstedii. ibid. 8.

Gemellæ Gallicæ Linguæ nouissime emissæ à Philippo Garnerio Aurelia-
nensi Gallo. ibid. in 8.

Ioannis Antonii Magini Patauini Cælestium motuum ab Anno 1608. vsq;
ad annum 1630. cû Ilagoge in Astrologiam &c. Francofurti apud Ioan. Theo-
baldum Schonvvetterum in 4.

T. Petronii Arbitri Equitis Romani Satiricon, cum Petroniorum fragmen-
tis. Accesserunt seorsim notæ & obseruationes variorum, apud eundem, in 8.

Aldi Manutii puræ, elegantes & copiosæ latinæ linguæ Phrasæ Germanicæ
& Gallicæ factæ. apud eundem in 12.

Simonis Maioli Episcopi Vulturariensis dierum Canicularium opera omnia
aucta & correcta apud eundem in 4.

